

**2775** fistula plumbea rep. fossionibus institutis a Boccanera in vinea Ciuffa, i. e. ibi ubi n. 2767.

FABIVS PARAMITIVS fec

Lanciani *notizie degli scavi* 1882 p. 416, *bull. municipale* 1884 p. 207.

Supplevit Lanciani ex fistula simili edita infra inter Praenestinas.

Mirum foret si verum esset id quod Lanciani dicit has duas plumbariorum inscriptiones extare in eadem fistula. Ceterum notabile est duos plumbarios notos tantum ex fistulis Praenestinis hic denuo comparere coniunctos vel certe eodem loco.

**2776** in eadem fistula in qua n. 2775.

C VETIENIVS †

Lanciani *notizie degli scavi* 1882 p. 416, *bull. municipale* 1884 p. 207. Lege C. Vettinius; fistulam inscriptam C. Vettinius Verecundus fec. repertam, ut dicitur Praeneste, nunc ad-servatam Romae in museo Kircheriano infra habes inter Praenestinas.

**2777** bis repetita in fistula plumbea rep. prope La Colonna in praediis Pallavicinorum tenuta della Pallavicina.

///ICISSIMVS FECIT

Stevensonio dedit Alex. Sbardella.

... [Fel]icissimus fecit.

**2778** in eadem vinea ubi n. 2767, *il sig. Eugenio Ciuffa trovò . . . un frammento di lapide sepolcrale col nome di ANTHVS.*

Lanciani *notizie degli scavi* 1884 p. 157, *bull. municipale* 1884 p. 208.

**2779** effossa anno 1871 sub oppido La Colonna in ruinis veteris villae in praediis ducis Altemps.

D · M ·  
CHARIS FELICI  
CONTVB · B · M · FEC

Descripsit de Rossi.

**2780** tabula marmorea, rep. in vinea sub colle in quo est La Colonna septentriones versus sita ad viam antiquam, quae a Labicana Gabios ducebat, in agro, ut videtur, Labicano; deinde Monte Compatri in aedibus Passavantiorum HENZ. Ibi adhuc.

TI · CLÁVDIVS · NERÓNIS  
AVG · L · DAPHNVS · FECIT  
TI · CLAVDIO · ONIRI · AVG · L · L  
DOMESTICÓ · ET · MOSCHIDI  
5 CONTVBERNALI · EIVS · QVÍI sic  
QVONDAM · FVERANT · EIVS  
ET · SIBE · GRATIAS · RETTVLERIN sic  
OB · MERITIS · SVIIS sic

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Edidit Henzen *bull. dell' Inst.* 1856 p. 157; Garrucci *syll.* p. 378.

**2781** titulus columbarii Monte Compatri in aedibus Passavantiorum, repertus in territorio eius oppidi HENZ.

CLAVDIO  
EVTYCHIONI · ET  
CLAVDIAE  
THIAGENI sic

Descripsit Henzen.

**2782** tabula ut videtur marmorea, muro inserta ibidem ubi n. 2770; neque alibi viderunt priores.

D · M ·  
Q · FABIVS ·  
DASVMIVS ·  
QVINTIANVS

Descripsi. Ficoroni *memorie di Labico* (1745) p. 52; Io. Bapt. Zanobetti misit Lamio epistula data Romae d. 15 Mai. 1758 (inter epistulas Lamianas bibl. Riccard. vol. 64); acceptam a Ioanne Graziani Ariminensi Io. Bianchi misit Lamio (epist. bibl. Riccard. vol. 11), unde edita est *Novelle lett. di Firenze* 1758 p. 334 (inde Donati 339, 3); *Zaccaria annuali letter. d' Italia* tom. I part. 2 p. 469; Vitale de oppido Labici (1778) p. 35; P. Rosa et Tomassetti descriperunt; Lanciani *notizie degli scavi* 1883 p. 417.

Fracta est a dextra, sed nihil videtur periisse. — 3 MAXSVMVS Vitale, errore vel interpolatione.

**2783** tabula parva marmorea. Rep. ibi ubi n. 2782, nunc affixa parieti domus Gattoni in ipso Montis Compiti ingressu VITALE. Extat Monte Compatri supra portam domus *Via Lunga* n. 1.

C · FLAVOLEIO · C · L ·  
PHILARGYRO  
LVCVSTA · L · FECIT · SIBI  
ET · SVIS

Descripsit de Rossi. Vitale de oppido Labici (1778) p. 35; Kellermann ms. Ego vidi anno 1880, sed tectorio inlitam.

D · M praemittit, 3 FLAVIA · C · (pro LVCVSTA) Vitale.

**2784** rep. passibus fere mille quingentis a Monte Compatri La Colonna versus, *nel fondo vocabolo la Caricara, proprietà di Don Giuseppe Lili di Rocca Priora.*

DIS · MANIVS  
IVLIAE  
IVSTAE  
IVLIA · SVCESSA  
5 MATER FECIT

Stevenson dedit descriptam ab homine imperito; idem vidit partis ectypum. Quae in eo ectypo adparebant, dedi litteris rectis, reliqua inclinatis.

2 VLIAE C, 4 SVCESSO traditur.

**2785** tabula marmorea. Rep. in territorio oppidi La Colonna, inde Monte Compatri apud Iosephum Dente, anno 1880 ibidem apud Raph. Villa EGO. Postea Frascati apud Alex. Fausti HELBIG.

POPILLIAE · M · F · ISIA DI  
VIXIT · ANN · XIII · MENS · VII · DIEB · III  
M · POPILLIVS · FELIX · ET · POPILLIA CRISPINA  
PARENTES · MISERRIMI · FILIAE PIISSIMAE  
5 ET · C · SERVILIVS · PALLANS · VXORI · KARISSIMAE  
FECERVNT

Descripsimus ego et Helbig.

Litterae G D in margine inferiore incisae noviciae sunt veniuntque a domino tabulae Ios. Dente.

**2786** tabella marmorea litteris malis, rep. in vinea prope collem della fonte Molara ad fines fundi S. Caesarei agri Labicani, deinde Monte Compatri ad portam aedium privatarum HENZ.

D · M  
SEMPRONIO ·  
FECERVNT · PARENT  
ES · FILIO · BENEMERENTI  
5 VIXIT · ANIS · VII

Descripsit Henzen.

**2787** apud Pasqualonios Romae, effossa a. 1780 in agro Labicano prope Labicum hodie La Colonna MAR.

AVR · FELICITAS · ADRIAN. . . . bene  
MERENT · I DP III IDVS APRILES

Marini ms. Vat. (sched. Christ. n. 542) (inde de Rossi *bull. crist.* 1873 p. 113).